S C R I P T A

Numéro Scripta : 1492

Autre(s) référence(s) : Fauroux 46bis / Tabuteau 137 / ARTEM 2671

Auteur(s) : Osbern, beau-frère du duc Richard II [autre]

Auteur(s) : Anfred, beau-frère du duc Richard II [autre]

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : douteux

Datation : [1017-1026]

Action juridique : donation

Description de l'original : chirographe

Langue du texte : latin
chirographe

Analyse

Richard II confirme la charte par laquelle ses deux beaux-frères,Osbernus etAnsfredus, à leur entrée au monastère de Saint-Wandrille, donnent à leur abbaye, Carcuit, l'église de Gonneville, leur alleu à Montérolier avec l'église Notre-Dame et la chapelle de Saint-Désiré.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 27 (2). Copie figurée, fin XIe- début XIIe siècle

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 46bis, p. 154-155.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 154.
Copie figurée sous la forme de chirographe, fin XIe s., début XIIe s.

Texte établi d'après a

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. AMEN. Sicut terræna possidere ex dono est clementis Dei sic divine gratie creditur temporalibus æterna posse mereari, divina vero dispositio omnium munerum est indultrix constat igitur nos adeo humana atque cælestia regna promereri qui ewangelica cuidam multa possidenti tuba intonuit : « Vende quæ habes et da pauperibus et habebis thesaurum in cælo et veni sequere me ». Ad quam divinæ provocationis vocem et beate perfectionis invitattationem, ego Osbernus surdus hactenus et valde durus extiti, sed superna ac pia miseratione vocatus, dono de meis rebus prout possibilitas dittat caenobio Sancti Wandregisili quod Fontenalla dicitur et monachis ibi Deo servientibus, videlicet Carcuit et æcclesiam de Gonneville et quatuor hospites, fundum id est alodum quem ego et Ansfredus

frater meus habemus in Monasterio Odilerii, æcclesiam Sancte Marie cum capella Sancti Desiderii quæ in ipso fundo constructa est, cum omnibus ad eas pertinentibus tam in terris quam decimis et hospitibus, quartam partem silvarum et terrarum ejusdem ville, et tam ipsi monachi quam homines ipsorum in silvis et in pascuis, sine ulla constuma, communionem in perpetuum habebunt. Concedente ac confirmante domino Ricardo secundo principe Normannorum de quo omnia ista tenebamus, qui sororem nostram Papiam in conjugio habebat, tandem in ultimo ætatis senio constituti, renunciato laboriosi mondi amore et deposito honore et honere, nos effecti monachi in dicto cænobio, annuente eodem principe, hanc donationem fecimus super majus altare, hujus nostre largitionis sunt testes qui signis suis hanc cartam roboraverunt.
Signum Ricardi ducis +. Signum Girardi Flaitel +. S. Rotberti filii ejus +. Signum Osberni +. S. Anscherii +. S. Tustini +. S. Hugonis filii Withsonis +. Signum Ansfredi +.

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 10/05/2024